

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3849

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Évreux, Saint-Taurin (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, février

Lieu d'émission : Vincennes

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde à l'abbé et aux moines de Saint-Taurin d'Évreux de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits depuis 30 ans.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 915, p. 222-223.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 218-219.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum abbas et conventus Sancti Taurini Ebroicensis, juxta tenorem ordinationis nostre, finaverint cum ballivo nostro Gisortii, finationem hujusmodi pro nobis recipiente, super retinendis perpetuo sibi et monasterio suo acquisitis per ipsos in feodis et retrofeodis nostris a triginta annis citra, estimatis valere per annum circiter tresdecim libras undecim solidos et octo denarios turonenses, que acquisita sunt hec : videlicet, una pecia prati apud Pacyacum, in feodo nostro, per emptionem, de valore sex solidorum redditus ; item, apud Crosiacum, duo solidi sex denarii turonenses redditus, in quibus dicta abbatia tenebatur Guillelmo dicto Courbet, ratione granchie sue in feodo dominorum de Croisiaco, tenentium a nobis ; item, in villa Ebroicensi, quinque solidi turonenses redditus, una gallina, de valore quatuor denariorum turonensium, in feodo nostro ; item, sexaginta octo solidi et sex denarii turonenses redditus de elemosina Ricardi Avrilleus ; item, sexaginta octo solidi septem denarii et obolus turonensis redditus, supra terras, domos, de feodo ; item, quatuor capones, de valore duorum solidorum, et due galline de valore octo denariorum turonensium, de elemosina ; item, ex elemosina Michaelis de Velletis, supra domum Radulfi du Jariel, viginti solidi turonenses redditus, in feodo nostro ; item, de elemosina, quatuordecim solidi redditus, supra quamdam masuram in feodo nostro ; item, de elemosina, sex solidi turonenses supra duas acras vinee ; item, de elemosina, octo denarii et unus capo de valore sex denariorum redditus, supra domum Gaufridi Nigri, in feodo nostro ; item, de elemosina, duodecim solidi turonenses redditus, supra quamdam domum apud Homme in feodo nostro ; item, quinque solidi turonenses redditus, supra aliam domum apud le Homme in feodo nostro ; item, supra quamdam masuram vacuum, octo solidi et novem denarii turonenses redditus, in feodo nostro ; item, supra domum que fuit Amici Mercenarii, octo solidi turonenses et unum quarterium de valore octo denariorum, in feodo nostro ; item, supra domum que fuit Gaufridi Baignart, quinque solidi, octo denarii, duo capones, de valore duodecim denariorum, in feodo nostro ;

item, supra unam domum in vico Fabrorum, juxta domum Reginaldi Bigot, quinque solidi, in feodo nostro ; item, super quamdam domum in parrochia Sancti Aquilini, tres solidi, et unus capo de valore sex denariorum in feodo nostro ; item, supra domum que fuit Johannis Courbe, tres solidi turonenses, in feodo nostro ; item, supra tres acras terre apud Saciacum, in feodo de Saciaco, quindecim solidi turonenses redditus ; item, de elemosina Ricardi de Bosco Gencelini, militis, due acre terre, de valore decem solidorum turonensium redditus, in feodo quod tenetur a nobis apud Boscum Jocelin ; item, de elemosina Ricardi de Vallibus, quindecim denarii turonenses, supra unam peciam vinee in feodo dominorum tenentium à nobis ; item, de elemosina Ricardi de Ponte Herberti dimidium modium vini rubei in feodo quod tenetur a nobis, de valore trium solidorum turonensium redditus ; nos, predictam finationem ratam et gratam habentes, quantum in nobis est, volumus et concedimus quod prefati religiosi predicta acquisita possint tenere in perpetuum et pacifice possidere sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et etiam jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Vicenas anno Domini M° CC° septuagesimo septimo, mense februaryo.